



Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

RAMI ABBATI, SINGVLARI FIDEI CATHOLICÆ
ZELO, PIETATE, PRVDENTIA, VITÆ INTEGRI.
TATE, MVNIFICENTIA, ET MVSARVM PATRO.
CINIO CELEBRI. CVM VALIDIS. TVRRI ET
FONTE, ALIISQVE MVLTIS ÆDIFICIIS IDEM
MONASTERIVM ILLVSTRASSET, AD POSTE.
RITATIS MEMORIAM HOC M. P. E. PRÆFUIT
ANNIS VIII. OBIIT M. D. LXXXIII. DIE XXI.
AVGVSTI, ÆTATIS SVÆ AN. LIII.

In Lapide paumento inserto hæc leguntur:

AMBROSIVS

ABBAS HVIVS

NOMINIS H.

HIC SEPVLTVS,

HIERONYMVS Ambrosij successor Monasterio annis
& fato sublatuſ ſuccelfori locum dedit;

HIERONYMO moderno, multis nominibus collaudando: etiamnum hoc anno 1620. superstiti, cui Deus vitam & felicitatem accumulare digneatur.

H A E G L V V E R D.

MONASTERIVM, quasi medio itinere inter Traunstain & Reichenhall, fundatur à Comitibus de Plain. Leutoldus Comes obligatis quibusdam prædiis ac beneficiis suis, Anno 1219. religionis ergo, ad terram sanctam profiscitur, pauperibus multa largiens, sagita oculum amisit, inde rediens, Taurisij obiit. Eius ossa ab Eberhardo, Salisburgen. Archiepiscopo, Ulrico Patruensi, ac Rudigero Chiemensi, Episcopis, in Hægelvverd translata, eodemque die Monasterium ibidem consecratum est ab illis.

HOC EX Chronica sancti Petri in Salisburga, Idem Bruschius de Laureaco veteri sub Ulrico Episcopo, fol. 177. Aventinus autem lib. 7. Annalium f. 664 dicit Ulricum Episcopum in Aegypto cum multis aliis periisse.

FVERVNT hi Comites etiam fundatores Reicherspergeñ. Monasterij.
PRAEPOSITI Hægelyverdenses plerique Nobiles fuerunt, &c. subiecti
ditioni Salisburgensi.

ADDITIONES.

Vide Tom. I. Metrop. pag. 12. PRÆPOSITUS in Hægelvverd interfuit Synodo Prouincial. Salisburgen, an. C. 1549. Vid. Tom. I. pag. 89. Modernus PRÆPOSITUS sacerularis quidem primus (ante hac semper Religiosi sive Monachi extiterunt) est admodum Reuerend. præ Nobilis. & Magnificus D. Marquardus à Schuuendi, A A. Impp. Matthiae I. & Ferdinandi II. nec non Serenissimi ac Reuerendissimi Dn. Episcopi Patauen. & Argentinen. Archiducis Austriae &c. Leopoldi Consiliarius, Can. Salisb. Augustan. & Patauen. eiusdemque Cathedralis Ecclesiæ Decanus, & Serenissimi Episcopilocum tenens: vir magnus de Repub. optimè promeritus: cui vi- ram & felicitatem omnes boni piique.